

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Contra Novvm Errorvm de Sacramenſo Corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti epiſtola Ioannis Bugēhagij Pomerani**

**Bugenhagen, Johannes**

**Impreſſum Spire, [ca. 1525]**

[Text]

**urn:nbn:de:bsz:31-63897**

Pomeranus.

Gratiam dei per Christū. Non habeo,  
quod ad te hoc tempore scribā, doctissi-  
me doctor, nisi quod optamus isthīc Euā-  
gelio gloriæ dei successum per Christum  
cū omni modestia, quam etiam inimicis  
debemus quantum saluo Euāgelio licet.  
Quid enim scriberē redeunte ad uos D.  
Maiobano, qui erit ad te os nostrum &  
epistola nostræ? Cæterū rogauit me idem  
doctor ut uno aut altero uerbo tibi scri-  
berem, quid respondendum nouis erro-  
ribus de Sacramēto eucharistiæ subortis  
putem. Nō certius respondebis quam ex  
ipsa scripturæ grammatica quam isti erro-  
ris magistri misere lacerant. Et quanquā  
tu non indigeas, tamen rogatus his pau-  
cis seruiō.

Hoc est corpus meum, hic est sanguis  
meus. Contra usum loquendi omnium  
linguarum est, ut pronomen demonstra-

A ¶

pronomine hic & hoc.

Zuinglius autē non bene uisum  
sise rem in pronomine hoc, accipit  
est, & nō substantiue sed significatiue ac-  
cipi contendit, adducens exempla ubi sic  
accipiat. Sed Christus hic nō interpre-  
ratur somnium aliquod aut parabolam.  
Et cū scripserint tres Euāgelistæ & Pau-  
lus hac de re, ne unus quidē uel uno uer-  
bo indicauit significatiue est accipi, atq;  
adeo diuersum manifeste dicūt, ut statim  
indicabo.

Quia uero uidet non sequi statim, Est  
alicubi capitur pro significat, ergo & hic  
accipitur pro significat, Alioqui ubiq; ac-  
ciperetur pro significat, ut homo est ani-  
mal id est significat, restareq; ut probet  
hic sic accipi nihil aliud habet quod tamē  
fortissime somniat, quam hoc, Caro non  
prodest quicquā. Atq; hic ridemus mag-  
nū illum Theologū cum suo Carlstadio.  
Hoc & est iacent. Quis non uidet illic a

Christo carn  
damnari, qu  
non iam dic  
ante, sed de  
dum ubiq;  
ritum prob  
uocat. Omi  
nis mors est  
inquit, uitæ  
dicit Christ  
quam. Ali  
quia dixerat  
Tu nihil pe  
mundor. An  
damnati nã  
Caro nō pre  
Petro alibi,  
ut tibi, sed  
dei &c. Nul  
illa caro in q  
factum est. S  
prodest aqu  
fit. Leē nullo  
in quo corp  
uerbum que

Christo carnalem discipulorū intelligētiā  
damnari, quando carnē opponit spiritui,  
non iam dicit de carne sua & sanguine ut  
ante, sed de carnē & spiritu, quemadmo-  
dum ubiq; scriptura carnē damnat & spi-  
ritum probat, non unquam carnem literā  
uocat. Omnis caro fenū. Prudentia car-  
nis mors est &c. Contra Petrus. Verba,  
inquit, uitæ æternæ habes. Non enim hic  
dicit Christus, Caro mea nō prodest quic-  
quam. Alioqui seipsum mendacē faceret  
quia dixerat, Caro mea est p mundi uita.  
Tu nihil prodesse dixeris unde est uita  
mundo? An uita mundi antea mortui &  
damnati nihil est? Simpliciter autem dicit  
Caro nō prodest quicquā quemadmodū  
Petro alibi. Caro & sanguis non reuelā-  
uit tibi, sed pater meus, id est, Spiritus  
dei &c. Nulla caro prodest, prodest autē  
illa caro in qua deus est, nam uerbū caro  
factum est. Sicut nulla aqua prodest, sed  
prodest aqua baptismi, in qua dei uerbū  
est. Itē nullus panis prodest, prodest autē  
in quo corpus Christi est propter Christi  
uerbum quod mentiri nō potest. Itaq; il-

A iiij

lud Caro non prodest quicquā &c. dam-  
nat omnē sapientiā, iusticiā & quicquid  
est hominū, uult uero nos theodidactos,  
impiū ergo fuerit referre hoc ad illam car-  
nem in qua deus est, qua carne nos sancti-  
ficati sumus uides itaq; quā nihil habet  
Zuuiglius, & quā nō sit hic Theologis.  
Quod uero nos Christi uoratores & car-  
niuoras uocat, blasphemia ē. Nā nō lacer-  
amus Christi carnem, sed panē edimus.  
& in pane uerū corpus Christi, quod nō  
cernitur, non laceratur, sed adesse & edi  
creditur propter uerba Christi.

#### VIDE GRAMATICA EX PAV.

• Potus benedictionis cui benedicimus  
(uulgo quem consecramus) nonne com-  
municatio sanguinis Christi est? id est cō-  
municatio qua cōmunicat sanguis Chri-  
sti & distribuitur tibi, mihi, alijs ut iste the-  
saurus distribuat & fiat nobis cōmunus.

Panis quem frangimus nonne cōmu-  
nicatio corporis Christi est? qua scilicet  
communicatur nobis corpus Christi &c.  
Ergo ibi iterum est corpus & sanguis Chri-  
sti, ille, inquit, panis quem frangimus &

paculōm  
Spiritu  
cat quād  
pus mul  
de uno  
inter nos  
panem q  
panis qui  
Vuitēbi  
fit: de pa  
Acce  
te, edite,  
uobis (id  
gitur & l  
frange et  
distribue  
pane esse  
fit integri  
nem fran  
panem, fi  
rat, Panis  
meū est  
Illic ergo  
ibi fit, qu  
tuit, mo  
ille comm

poculum quod consecramus &c.

Spiritualem quidem unionem significat quando dicit, Vnus panis & unum corpus multi sumus, sed addit, Omnes qui de uno pane participamus, Nos inquit, inter nos unum sumus, sed propter unum panem quem edimus. Quomodo unus est panis quem vos editis Vratissaviae & nos Vuitbergae, nisi unum corpus illic christi sit: de pane enim eterno dici non dubium est.

Accipit panem, fregit & dixit, Accipite, edite, hoc meum est corpus quod pro vobis (id est in commodum vestrum) frangitur & singulis distribuitur. Sicut illud frange esurienti panem tuum, id est, diuides distribue &c. Cecus est qui hic non videt in pane esse corpus Christi, & corpus Christi integrum sumi ab omnibus, solum panem frangi, Nam sic premititur, Accipit panem, fregit, sicut & ante Paulus dixerat, Panis quem frangimus, & subdit, Hoc meum est corpus, quod pro vobis frangitur, Illic ergo est corpus Christi, quoniam ipse ibi sit, quid ad me? uiderit ille qui sic instituit, modo ego credam hic & faciam quod ille commisit.

A iij

Hoc poculum uel hic potus Nouum  
testamentū est, Repete omnes scripturas  
non inuenies nouum aliud testamentum  
dici quam remissionem peccatorum per  
Christū siue per Christi sanguinem, quē  
admodum de nouo testamēto scribit Hie  
remias, Peccatorū eorū non recordabor  
amplius, Si ergo hoc poculum est nouū  
testamentū, est certe remissio peccatorū,  
que impie uino tribuitur, Ergo sanguis  
Christi est in uino. Id quod exponitur dū  
additur in meo sanguine, & in Euangeli-  
stis, qui pro uobis effunditur in remissio-  
nem peccatorum.

Reus erit corporis & sanguinis dñi,  
Non dicit reus erit panis & uini.

Nō dijudicās corpus domini, certe nō  
dijudicant qui simplicē panem esse dicūt  
quando etiam non dijudicant qui credūt  
illuc esse corpus Christi, attamē non acce-  
dunt quemadmodum Christus commisit  
scilicet ut edant in ipsius commemoratio-  
nem.

Quid qu  
bus locis in  
ut liceret ei  
car: Reus  
Non dijudic  
tur reus er  
nis dom  
guir  
n

Syluam pr  
& orat

Quid queso faciet Zuuinglius his duo  
bus locis in quibus nullum, est, habetur,  
ut liceret ei dicere, Est accipi pro signifi-  
cat: Reus erit corporis & sanguinis dñi.  
Non dñjudicās corpus dñi, Non hic dici-  
tur reus erit significati corporis & sangui-  
nis domini, sed ueri corporis & san-  
guinis domini in pane & ui-  
no presentis, nam de  
eo hic dicitur qui  
edit & bibit  
Neq̃  
dicitur non  
dñjudicās corpus  
dñi significa-  
tum &c.

Syluam prebui, Tu uero in Christo uale  
& orato deum patrem pro nobis.

IOANNES BVGENHAGIVS  
POMERANVS.

Venditur libellus passim, in quo continetur ordinatio missæ quasi a nobis ordinata & seruata. Ego aut̃ ingenue fateor primū nō ea me scripsisse, deinde neq; eā ordinationem missæ nos Vuittembergæ latine obseruare quam uideri uolūt lese Germanicè transtulisse illi qui nebulosè non Christianos hac ratione præstant. Quod si sua illis placet, scripturis sanctis defendat, non sub nostro nomine mentiantur. Maxime uero displicet, quod necessaria ea faciūt, que necessaria nō sunt, quod aut̃ nos quotidie Germanicè predicamus Euangelium Christi, hoc non habent pro Germanica missa. Non dico interim, quam nullum habeant infirmorū fratrum respectum, dum statim, nondum satis predicato Euangelio, omnia sibi cū fratris etiam scandalo licere putāt. Verū hæc alias, Præterea eodē libello, ubi formā indicant coniugendi coniuges, quasi a nobis seruata atq; adeo præscriptam, preter hoc quod inepte multa congerunt

aiunt nos  
lere dicer  
maledixi  
piam dix  
docti su  
de cruce  
dicimus,  
Quod at  
cre com  
me non  
piam ser  
us uerbi  
dicassent  
autem q  
doctrina  
debeo. C  
quod do  
ut par er  
que tent  
sunt qua  
seruari